

ET QUI ACCIPIT, ET
QUI NIHIL VEL PAUCA
DAT, LIBERALIS EST.

§. I.

Liberalitatis, quam in præsens in scenam *Libe-*
 producimus, tanta est excellentia & præ- *ralita-*
 stantia, ut, cum ejus beneficio hominum *ficlaus.*
 animos arctissime nobis devincire quea-
 mus, hac ipsa virtute nulla sit vel ad bene-
 volentiam conciliandam aptior, vel ad acquiren-
 dam gloriam accommodatior, vel ad conferen-
 dam benignitatem propensior. Hæc miseris &
 ab omni spe derelictis perfugium & solatium præ-
 bet, egentes sustentat, alit artes & auget, divitias-
 que ita administrat, ut in justos usus finesque im-
 pendantur. Hæc thesauros e manibus fortunæ eri-
 pit, & in tutissimum locum recondit, nam ejus mu-
 nere beneficus jure affirmare potest: *hoc habeo,*
quodcunque dedi, comparandus cum vase, quo ad
 irrigandos flores utimur, hoc insignito lemmate:
Non mihi, sed aliis. Nimirum & aliorum
 sunt, quæ liberalis sunt bona, qui suum non esse
 existimat, quod in aliorum usus non contulit, qui-
 que fontes suos non alio modo censet augeri ma-
 gis, quam si pleno fluxu in alios deriventur. Na-
 vem ipsi fortuna concessit pretiosis onustam mer-
 cibus,